



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Locorvm co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiæ**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

6 De confirmatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

ET OPERIBVS. 50

his (id est peccati, aut culpæ) est his  
qui sunt in Christo Iesu, qui nō se-  
cundū carnē ambulāt, lex enim sp̄i-  
ritus vitæ in Christo Iesu liberauit  
me à lege peccati, & mortis. Potest  
igitur in Christi fidelibus quā men-  
te seruiunt legi dei, concupiscentia  
carnis repugnante legi mentis, nul-  
lum esse peccatū, quā tamē aposto-  
lus peccatū vocat, quia peccato fa- <sup>2. Cor. 3</sup>  
cta, & peccati pena est. Sicut & Chri-  
stus pro nobis peccatum factus est, <sup>1. Pet. 2</sup>  
quia peccata nostra (id est penas pec-  
catis nostris debitas) ipse pertulit  
in corpore suo super lignum.

DE CONFIRMATIONE VI.

¶ Confirmatio est sacramentum,  
**B**aptismum addmittit Luther  
esse sacramentum, sed confir-  
mationem negat:  
At qā in confirmatione est signū sensi Probatu-  
r  
bile, habēs infallibilē assistentiā gra-  
ratio-  
niē sp̄iū sancti, ideo est sacramentū. Probatur  
Quū audissent apostoli, qui erāt authorit,  
Hiero-



## DE CONFIR-

Hierosolymis, quia recepisset Sam  
Act. 8. ria verbum dei, miserunt ad eos Pe  
trum & Ioannem, qui quum venis  
sent, orauerūt pro ipsis ut acciperēt  
spiritum sanctum, nondum enim in  
quenq̄ illorū venerat, sed baptizati  
tantū erāt in nomine dñi Iesu, tunc  
imponebāt man⁹ super illos, & acci

Act. 19. piebāt spiritū sāctū. De Ephesi. His  
auditis baptizati sunt in nomine do  
mini Iesu, & quum imposuisset illis  
manus Paulus, venit spiritus san  
ctus super eos. Ecce post baptismū,  
erat signū sensibile, scilicet imposi  
tio manuum, quo conferebatur gra  
tia spiritus sancti, & ita erat sacra  
mentum.

### 2. axioma de q. Act. 6 & 21.

### ¶ Secundum axioma

Et quod soli Episcopi hodie con  
firmāt, indicat textus hic quod Phi  
lippus diaconus nō confirmauit Sa  
maritanos, sed Apostoli Petrus &  
Ioannes. Et nō est credibile aliquod  
donum gratiæ, ad electorum perti  
nens



nens consumationem , fuisse olim  
in ecclesia, quod iam desit. Dionysius  
Arcopagita recenset illius myste-  
ria cap. 4 Ecclesiastice Hierarchie &  
teleten vngenti dixit appellata ab  
apostolis.

Melchiades papa martyr . In ba-  
ptismo regeneramur ad vitam, post  
baptismum cōfirmamur ad pugnā:  
in baptismo abluiimur, post baptis-  
mum roboramur.

Concilium Aureliense. Ut ieuniū  
ad confirmationem perfectę ætatis  
veniant, ut moueantur cōfessionem  
prius facere, ut mundi mereantur  
spiritus sancti donum accipere , &  
quia nunquam erit Christianus, ni-  
si in cōfirmatione episcopali fuerit  
chrysmate vñctus, Cum alijs de con-  
se. dist. 5.

Hieron. episcopus si imponit ma-  
num, his imponit qui recta fide ba-  
ptizati sunt , qui in patre & filio &  
spiritu sancto, tres personas & vnam

De consec-  
dist. 5. c. sp̄i-  
rit⁹ sanct⁹.

Contra Lut-  
ciferanos.

sub-

## DE ORDINIS

substantiam crediderunt, &c. infra,  
Quod si hoc loco queras, Quare in  
ecclesia baptizatus, nisi per manus  
episcopi, non accipiat spiritum san-  
ctum? Disce hanc obseruationē ex  
ea authoritate descēdere quod post  
ascensum domini, spiritus sanctus  
ad apost. descendit, & multis in lo-  
cis idem factitatum reperimus.

Mar. 10

Mat. 11

Christus quando imposuit manus  
paruulis: hoc sacramentum vel in-  
stituit, vel insinuavit. Vide Tomo. 4  
Homilia. 35.

## DE ORDINIS SA- cramento VII.

Mar. 10

Mar. 6

Luc. 10

**Q**Via negant ordinem esse sa-  
cramentum. Ex sacris lite-  
ris doceatur ordo, & quod  
cum signo sensibili conferat gratiā.

Ascendens Iesus in montem voca-  
uit ad se quos voluit ipse, & venerūt  
ad eum, & fecit ut essent. 12. cū illo,  
& ut mitteret eos prædicare. Post  
hęc designauit dominus & alios se-  
ptuag.

